

Die 29 Junii.

# SS. PETRI ET PAULI APOSTOLORUM

*Introitus. Act. 12, 11.*

**N**unc scio vere, quia misit Dóminus Angelum suum : et erípuit me de manu Heródis, et de omni exspectatióne plebis Judæórum.

*Psalm .138, 1-2.* Dómine, probásti me, et cognovísti me : tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper : et in sæcula sæculórum. Amen.

*Offertorium. Psalm. 44, 17-18.*

Constitúes eos príncipes super omnem terram : mémores erunt nóminis tui, Dómine, in omni progénie et generatióne.

*Communio. Matth. 16, 18.*

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.